Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ꝑ patres · Sine pen
tencia enim sunt dona
vocacio dei · Sicut enim
aliquando et uos non cre
didistis deo · nunc autem
miam consecuti estis
ꝑter illorum incredu
litatem : ita et isti nunc
non crediderunt in uestra
miam : ut et ipsi miam
consequantur · Conclusit
enim deus omnia in incre
dulitate : ut omnium mi
seratur · O altitudo di
uitiarum sapientie et scie
tie dei : quam incomprehe
sibilia sunt iudicia eius
et inuestigabiles uie
eius · Quis enim cognouit
sensum domini aut quis
consiliarius eius fuit ·
aut quis prior dedit illi
et retribuetur ei · Quoniam
ex ipso et per ipsum et in ipso
sunt omnia ipsi gloria in se
cula seculorum amen

Secundum Lucam ·

Et ecce · Intrauit
quidam unus de scribis
quod est primum omnium
mandatum · Jhesus autem
respondit ei · Quia primum
omnium mandatum est ·
audi israel · dominus deus tuus
unus est · et diliges
dominum deum tuum ex toto
corde tuo : et ex tota a
nima tua : et ex tota
mente tua et ex tota vi
rtute tua · Hoc est maxi
mum et primum man
datum · Secundum autem
simile est huic · Diliges
proximum tamquam te ip
sum · Maius horum aliud
mandatum non est · Et
ait scriba · Bene magi
ster in veritate dixisti :
quia unus est deus et
non est alius ꝑter eum
et ut diligatur ex to
to corde et ex toto intel
lectu et ex tota anima ·
et ex tota fortitudine